Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De legibus - Cod. Ettenheim-Münster 220

Münzer, Franz

[S.l.], 1715

Sectio 3tia

urn:nbn:de:bsz:31-122324

Visual Library

naã: gtinuo enim rerũ earũ, quæ sub actione cadunt, maã talis ẽ: cum igitur lex quid universaliter loqtur, in his autem præter universale quidam accidit, bene recte se habet, ut ea parte, qua legislator omiserit, atque peccavit absolute locutus, emendetur defectus, qd et ipse legislator, si adesset, hoc modo dixisset. ita Arlis exgbus habet, qd qdoque ob circumstantias intervenientes æquitatis rãõ exposcat, ut gtra verba legis rdumente legislatoris agatur: cui gsentit S. D. hic q. 96. a. 6. et q. 120. a. 1. unde Caietanus dicit, qd Epickia sit directio legis ubi deficit pr universale. locum habet Epickia pprie tm in legibus obligantibus, unde generaliter loqdo Epickiæ locum qdo lex universaliter lata in casu particulari ob interveniente circumstantia ita redditur difficilis, ut moraliter quis præsumere poit lege illa ad tale circumstantia n repexisse, et pro ea latã legislatorẽ noluisse: in legibus go irritantibus Epickiæ locum nõ, et ideo iuxta DD. n valet matrimoniũ Clandestinũ etiam tempore pestis initũ, neque testamentũ solemne sine 7. testibus, tales enim leges præcise reficiunt uniformitate actuũ. et ex his etiam ea quæ de Epickia dicta fuerant satis patent.

Sectio 3tia

Consuetudine.

Consuetudo ex S. Isidoro l. 5. Etimol. c. 3. et habetur in capit. gsuetudo dist. 205. 1. defitur qd sit ius quoddã moribus institutũ, qd pro lege suscipitur, dum deficit lex, vel etiam dici poest cum Alphonso Rege Hispaniæ quod suaedet ius n scriptũ qd ex longo et gtinuo usu ortũ habet. dicitur ius qd idem ẽ ac lex et vim generis tenet, gsuetudo enim postqm figet legis ratione obtinet ut ex S. Aug. docet S. D. hic q. 97. a. 3. in argto sed gtra dicens: sed gtra ẽ qd Aug. dicit in Epist. ad Casulanũ mos populi Dei et instituta maiorũ pro lege sit tenenda, et sic prævaricatores legũ divinarũ ita et gtemptores gsuetudinũ Ecclesiasticarũ coercendi sunt hæc S. D.

sigitur consuetudo legis rationem tenet. Sed loquor de consuetudine iuris, unde
sciendum est quia consuetudo dividitur in facti et iuris, consuetudo facti est uni-
formis frequentatio actuum liberorum adeoque sumitur communiter pro usu et more quo
ipsa consuetudo iuris constituitur, extra consuetudo iuris est quod relictum et consti-
tutum ex uniformi frequentatione actuum liberorum, et sic explicari potest, quod sit iu-
ris dicturus moribus et tacito populi consensu introductum, de hoc quo dicimus quod
vim legis obtinet, et legis pariat effectum obligationis, unde cum lege con-
venit, sed tamen etiam differt a lege, non solum quia lex communiter scripto aut viva
voce traditur, sed etiam quia voluntate principis formaliter constituitur, dum extra consue-
tudo moribus populi introducatur. Dividitur autem hoc iuris consuetudo in consue-
tudinem contra legem, praeter legem et secundum legem, omnis enim consuetudo vel habet
legem sibi contrariam, et sic est contra legem, aut nulla supponit legem, et con-
sequenter est praeter legem, aut denique supponit legem constitutam sibi conformem, et sic est
secundum legem, non est dubium quin haec ultima consuetudo vim legis obtinet, quia
ipsa legis constitutae firmamentum esse apparet, sed de aliis duabus speciebus dubi-
tatur, qua ratione pro lege constituantur. pro quo sit

206. Assertio non solum consuetudo secundum legem sed etiam ea quae est praeter aut omnino
contra legem postquam figet, et sine formali peccato observari contingit, ~~quia~~ vim legis
obtinet. Est sententia communior DD. nec patitur aliquam difficultatem secundum prima
parte, de consuetudine secundum legem, dum sic sit confirmatio quaedam et robur legis
secundum quod dicitur in iure quia leges firmantur cum moribus utentium comprobantur.
de consuetudine etiam praeter legem facile patet, de ea enim proprie illud verifi-
cari, quod lege 34. ff. de legibus habetur in haec verba: sed ea quae longa consue-
tudine approbata sunt, et per annos plurimos observata veluti tacita civium
conventio non minus quam ea quae scripta sunt iura servantur. hinc consuetudo praeter
legem iuris constitutiva communiter appellatur, et haec pars magis patet per hoc quod

etiam consuetudo contra legem vim legis obtinet, si enim ea quae est contra legem vim obtinet legis, qua ratione dicetur, quod ea quae est praeter legem legis non sortiatur ratione.

Praeterea igitur quod consuetudo contra legem vim legis obtinet si sine facili peccato eam observari contingit. consuetudo rationabilis vim obtinet legis ut dicitur capit. cum tanto de consuetudine, atqui etiam consuetudo contra legem potest esse rationabilis: ergo etiam consuetudo contra legem potest obtinere vim legis. ma. habetur in cit. capit. ubi pontifex ait licet etiam longaeve consuetudinis non sit finis auctoritas, non tamen est usque adeo valitura, ut vel iuri positivo debeat praeiudicium generare nisi fuerit rationabilis, et legitime sit praescripta. igitur si fuerit rationabilis et legitime sit praescripta, iuxta mentem pontificis consuetudo usque adeo valitura, ut etiam iuri positivo praeiudicium generet. mi. imprimis ex eodem textu deducitur, quia per illa pontifex potest huiusmodi consuetudine rationabilem dari supponere creditur eo ipso, quia per hanc iuri positivo derogari testatur. 207.

2do illa consuetudo est vere rationabilis in quam tota communitas sine peccato moribus suis consentit, sicut enim per morum dissonantiam boni communis utilitas distrahitur ita per ~~morum~~ morum simetriam haec utilitas promovetur, per quod autem sine peccato utilitas boni communis promovetur, palam est quia rationabiliter observatur: ergo illa consuetudo est vere rationabilis, in quam tota communitas sine peccato moribus suis consentit. atqui potest etiam contra legem dari consuetudo in quam tota communitas sine peccato consentit. V. g. quando lex penitus ignoratur, aut lex quidem sciebatur, sed postquam contra eam coram superiore fuit reclamatum, a superiore non amplius urgebatur, ita ut de consensu principis tacito sublata rationabiliter praesumatur, quo casu sine peccato lex non servatur, et contra eam consuetudo prorogatur, ergo etiam contra legem potest dari rationabilis consuetudo, et cum rationabilis consuetudo vim obtineat legis, ea etiam consuetudo quae contra legem est vim potest obtinere legis.

Sed Quaeres an haec dicta etiam procedant quando proterve contra legem procedit, et sic per actus peccaminosos contraria consuetudo introducitur, et R. cum distinc- 208.

vel enim superior scit legem suam ita praeterve non observari, et connivet,
vel scit et urget ad observantiam legis, vel denique penitus nescit quod agitur?
Si primum, teneo quod elapso tempore praescriptionis consuetudo sine peccato observetur,
et sic, quo usque expresse consuetudini illi derogatur, vim obtinet legis, quia quando
superior scit legem non servari, potest urgere, et tamen connivet non urget, ergo pre-
sumitur tacitus eius consensus in abrogatione legis, aut lex sub conditione lata si
acceptet populus, unde contraria consuetudo postquam invaluit, quia rationabilis est
legis vim obtinet. Si vero superior sciret et urgeat ad observantiam legis,
consuetudo vim legis non obtinet quamdiu inter tempus praescriptionis superior ad
legis adimpletionem urget, si autem lassus urgere omiserit, te dicendum est, quod
consuetudo tamdiu vim legis non obtinuit, quamdiu quod consuetudo contra legem et
mente ~~superioris~~ superioris sit innotescit, quod si autem successu temporis eo deven-
erit, ut de contraria voluntate superioris omnino non constiterit, propter bonam fidem
consuetudo praescribit, et sic ea consuetudo, quae sine non absque peccato non reci-
piebatur, successu temporis propter bonam fidem conoscitur et fit rationabilis, proinde
vim obtinet legis. quod si denique superior penitus ignoret legem suam non esse
acceptata sed reiecta, a tempore, quo bona fides in subdito de tacito
superioris consensu praesumitur, iusto elapso tempore per consuetudinem contra legem
praescribitur: est autem tempus iustum ad praescribendum contra legem civilem spatium
decennii, contra legem vero Ecclesiae 40. annorum, si bona fide et ex praesump-
tione taciti consensus superioris lex non servetur aut consuetudo prorogatur, si vero
lex resistat et improbet consuetudinem iuxta Laym. immemoriale tempus
requiritur ut potior consuetudo quam lex habeatur: consuetudinis tamen praescriptio ante-
quam consumata est, unico actu interrumpitur, ut ex iis quae de praescriptione in tract.
de J. et J. diximus deducitur.

Igitur aliquae consuetudines vim legis obtinent aliquae non, generaliter autem dicitur 209.
quod consuetudo rationabilis et legitime praescripta vim obtinet legis, sed quid ad hoc
ut consuetudo vere rationabilis sit requiratur, varii varia dicunt ego quidem aestimo
quod si consuetudo sequentia observet, vere rationabilis esset. Imo ut iusta et tacito
legislatoris consensu sit praesumptio, iusta autem praesumptio erit, quoties quod
legislator legem sciat, et etiam ea non servari sciat, insuper posit ad observatione
compellere et tamen non faciat, quin potius conniveat, aut ipsum contra agat, quod immo
desit aut rationabiliter praesumitur: nam qui dum possit ad legem suam compellere, et lege
sive rationabiliter praesumitur, et tamen non compellit, quin potius contrariam consuetudinem
tolerat, per tacitam conniventiam consentire videtur. quod autem iste consensus requiratur
inde eruitur, quia quamdiu tacitus saltem superioris consensus contra suum statutum deest,
statutum in possessione est, adeoque illi contra agendo iniuste agitur. Ergo requiritur
bona fide consuetudinis per certum tempus facta nec interrupta propagatio, con-
suetudo enim quae est contra legem ex dicto capit. cum tanto. de consuetudine ut vim legis
obtineat debet esse rationabilis et legitime praescripta, non autem est legitime praescripta
aut rationabilis, quando vel bona fides deficit, sine qua praescriptio non currit ut
dixi in de J. et J. de praescriptione, aut inter tempus definitum interruptio
intercedit ut ibidem dictum est: ergo etc. Ratio. ut actus eiusmodi ab a toto aut
saltem maiori populi parte propagetur animo saltem implicito contrariae consuetudinis
introducendae: si enim aliqui tantum legi contraniterentur, aut ex devotione potius
quam consuetudine legali et iurisdictione populus aliquid ageret, exinde talis consuetudo
vim legis non obtineret, quia consuetudo legalis non privato sed communi populi
usu et moribus constituitur, et quod ex devotione fit in legem non transit.
4to requiritur ut ex obiecto consuetudo mala non sit et servatu facilis, civium
viribus quam mensurata, Ecclesiae disciplinae non relaxativa, licentia occasion-
emque peccandi non praebens. ut Alexander 3. in concil. Lateran. generali cele-
brato anno 1179. c. 16. consuetudine rationabile definiens denotat, dum dicit

qd raobilis gsuetudo sit quae ratne iuvat et sacris congruit institutis, illa go gsuetudo quae praefata et qtenus ea observat, legis ratne obtinet. et hinc breviter liquet qd nulla gsuetudo gtra ius naae aut divinum valet, quia raobilis ee n poest. obtnes quae forte in praesenti fieri poent, ex dictis etm pfacile solvi pount, unde ius specialet enervandis supersedeo et hoc tangm sufficientia de gsuetudine concludo.

Sectio 4ta
de
Dispensationibus.

210. Angelus in sua summa Angelica verbo dispensaõ dicit qd dispensaõ e iuris comis relaxaõ facta cum caõ cogne ab eo qui ius habet dispensandi. Cum eo contra alij tenent thlogi et canonistae et ideo iuxta ones dispensare e actus iuris dictus nec aeteri qpetit nisi superiori, proinde differt ab Epickia seu interpretne legum quae etm a privato fieri poest si rem recte cognoscat, et a cessatne seu abrogatne, qua lex ipsa tollit, p dispensatne enim lex n tollit, sed sponte efficacia legis ppr caam relaxat alicui eius obligaõ. e autm dispensaõ vel totalis vel partialis, id e vel e relaxaõ a poena simul et culpa, vel tm a poena: si prius, totalis dicit, si posterius partialis nominat: alia ite dicit necessaria alia vero pmissa, illa e quae fit pp avertendum damnum, alias certo aut saltem moraliter imminens bono comi, et eam ut fiat si petat iustitia exposcit, nelis enim e aliquem de lege dispensare sine damno comi qm tu cum tali damno tenere: pmissa dicit quae etsi ex caa fiat, ex eo tn qd n fieret bono comi damnum n imminet, unde pmissa n dicit qsi sine causa fieret, sed tm quia ex n facta damnum n imminet, ad one enim dispensatne caa quoda raobilis relinquit necessaria ita, ut qties cunque sine oni causa